Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Nec sua non sanus scripta poeta legat
Hic monuit phebus phebo parere monete
Certa dei sacri est huius in ore fides
Ad priora revertor quisquis sapienter amabit
Vincet et a nobis quod petet arte ferat
Credita non semper sulca cum fenere reddunt
Non semper dubias adiuvat aura rates
Quod iuvat exiguum plus est quod ledit amantes
Quot lepores in atho quot apes pascuntur in ybla
Cerula quot baccas palladis arbor habet
Littore quot conche tot sunt dolores in amore
Que patimur multo spicula felle madent
Dicta erit isse foras quam tu fortasse videbis
Isse foras et te falsa videre puta
Clausa tibi fuerit promissa ianua nocte
Perfer et inmunda ponere corpus humo
Forsitan et ~~[illegible]~~ vultu medax ancilla superbo